Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nō uidebitis me; et iterum modicum et uidebitis me, Amen amen dico uobis; quia plorabitis et flebitis uos; mundus autem gaudebit, Vos autem contristabimini; sed tristitia uestra uertetur in gaudium, Mulier cum parit tristitiam habet; quia uenit hora eius, Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure, propter gaudium; quia natus est homo in mundum, Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis; iterum autem uidebo uos, et gaudebit cor uestrum, Et gaudium uestrum, nemo tollet a uobis. Offertorium Laudabo anima mea dominum laudabo dominum in uita mea psallam deo meo quandiu eo ad diuina. Secreta

His uobis domine mistis conferat quo terrena celestia mitigantes discamus amare celestia. Per. Com.

Modicum et non uidebitis me alleluia iterum modicum et uidebitis me quia uado ad patrem alleluia alleluia. Ablata quesumus supplicibus per.

quos domine et spiritualibus nos instruat alimentis, et corporalibus tueatur auxiliis.

Dominica quarta.

Cantate domino canticum nouum alleluia quia mirabilia fecit dominus alleluia ante conspectum gentium reuelauit iusticiam suam alleluia alleluia. Per. Saluauit sibi dextera eius et brachium sanctum eius. Oremus.

Deus qui fidelium mentes unius efficis uoluntatis, da populis tuis id amare quod precipis, id desiderare quod promittis; ut inter mundanas uarietates ibi nostra fixa sint corda ubi uera sunt gaudia. Per. Lectio epistole beati

Iacobi apostoli.

Omne datum optimum et omne donum perfectum deorsum est descendens a patre luminum; apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis; ut simus initium aliquod creatu